



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**


**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**


§. 1. Michael Imperator colloquium suadet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)



HISTORIA  
ECCLESIASTICA.  
LIBER XLVII.



EUGENIUS II. PAPA.  
LUDOVICUS IMPERATOR. MICHAEL  
BALBUS.

§. I.

*Michael Imperator Colloquium suadet.*

**A**t Michael Imperator in Oriente im-  
plicitus erat bello civili contra  
Thomam, qui se Constantinum Ire-  
nis filium esse mentiebatur, & Leone  
Arme-

Sæculum IX.  
A. C. 824.

*Post. Theg.*  
n. 30.

Sæculum IX. Armeno adhucdum solium tenente Ar  
A.C. 824. meniam vicinasque provincias in suam

potestatem redegerat. Postquam Mi  
 chael regnum capeffivisset, Thomas ex  
 exercitum duxit in Thraciam & mense  
 Dec. anno octingentesimo vigesimo pri  
 mo Constantinopolim obsidione cinxit.  
 Ergo Michael cum potentissimus sibi im  
 mineret hostis, veritus ne Imaginum  
 Cultores se illi jungerent, consilium sug  
 gessit, ut cum Iconoclastis ad amicum  
 colloquium congregarentur. Id enim  
 dispicimus ex S. Theodori Studitæ Epi  
 stola ad Leonem Sacellarium seu The  
 sauro præfectum data, in qua dicit: *Es  
 dem nimirum tendebat Leonis nuper Im  
 peratoris conatus, ut cum Heterodoxis  
 sermonem conferremus, & sic contrariam  
 nobis sententiam ferret, sicut putabat,  
 quin & ejus, qui nunc imperat, mens eu  
 dem fuit, cum ante tres annos nobiscum  
 hac de re egit. Sed neque inclytus Pon  
 tifex noster, nec nos qui præsentés ad  
 ramus, id ferre potuimus. Non enim  
 de rebus Sæculi carnisque hic agitur,  
 de quibus judicandi potestas penes Impe  
 ratorem est, sed de cælestibus dogmatibus,  
 quæ aliis commissa non sunt, quam iis  
 quibus Deus ipse Verbum dixit: Qua  
 cunque ligaveritis super terram erunt li  
 gata & in Cælo & cetera, nimirum A  
 postolis*

II. ep. 129.

apostolis & eorum Successoribus. *Qui* Sæculum IX.  
 nam porro sunt Successores? *Qui* Roma- A. C. 824.  
 nam nunc primam Sedem tenet, qui Con-  
 stantinopolitanam secundam, qui Alexan-  
 drinam, Antiochenam, Jerosolymitanam.  
 Hi quinque sunt Ecclesiæ vertices; penes  
 hos Divinorum Dogmatum iudicium.  
 Imperatorum vero & Præsidium est opem  
 ferre, & comprobare, quæ decreta sunt.  
 Et infra: Fieri ergo nulla ratione pot-  
 est, Domine, ut coalescat hæc Ecclesia  
 non consentientibus quinque Patriarchis.  
 Quod si roget quispiam, quo pacto id fieri  
 possit? Si excedant, inquam, Dei Eccle-  
 siis Heterodoxi, & propriam Sedem Sa-  
 cer Patriarcha quondam Nicephorus re-  
 cipiatur, qui coacto Episcoporum eorum  
 conventu, cum quibus pro veritate cer-  
 tamen sustinuit, pacem conficiat, & Sy-  
 nodicas suas ad primæ Sedis Præsulem  
 mittat. Si fieri non possit, ut ab aliis  
 Patriarchis adsint Vicarii, id certe fieri  
 potest, si velit Imperator, ut Occidenta-  
 lis intersit, cui & potestas summa defer-  
 tur Synodi Oecumenicæ (\*). Quod si bu-  
 jusmodi Synodum minime probet Impera-  
 tor

(\*) Insigne Testimonium! favens illi opi-  
 nioni, quæ Summo Pontifici Auctoritatem po-  
 testati Concilii Oecumenici æqualem vel mayo-  
 rem tribuit.

Sæculum IX. *tor, quia, ut ipse ait, deflexit a Veritate*  
 A. C. 824. *Nicephorus Patriarcha, mittenda est ad*  
Romanum Pontificem ex utraque parti  
*Legatio, & inde Fidei accipienda certitudo. (\*)*

*II. ep. 204.*

*post. Theg.*  
*lib. II. n. 7.*  
*p. 30.*

Ad hæc tempora referri solet Theodori Epistola ad Theodoram Imperatricem, Leonis Armeni viduam, ejusque filium Basilium data, in qua gratulatur, quod Hæresim Iconoclastarum abjecerint; sed de miraculo silet, quod referebant, Basilium coram imagine S. Gregorii Nazianzeni vocem recuperasse. Idque hanc narrationem suspectam reddit.

§. II.

*Michaelis Imperatoris Epistola ad Ludovicum.*

*ibid. n. 10. p.* Tandem Michael Imperator fortuna fa-  
*44. Conv.* vente Thomam bello vicit, qui ca-  
*Paris. Supl.* ptus necatur in medio mensis Octo-  
*Conc. p. 106.* bris

(\*) Plane illo ævo veritatis Catholicæ testis S. Theodoro Studita nullus illustrior extitit, cujus Testimonia, ab Ecclesia Græca & Orientali advenientia, Protestantes nulla exceptione eludere, nulla ratione diluere possunt. Cave autem in Sæculo Photiano satis ea refellere se putat, dum dicit, Theodorum fuisse hominem in conomachia perditissime addictum, superbia inflatum, Schismatis auctorem, furiosum.